



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Ecclesiasticorvm Vita, Moribvs, Officiis Libri Tres**

**Schevichavius, Gisbertus**

**Mogvntiae, Anno M.DC.XXI.**

Capvt XXII. Beatissima Virgo Svis Cvltoribus & imitatoribus perfugium, arx,  
portus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42349**

tione sequerentur? Ergo sancta Maria, ait ibidem Ambrosius, disciplinam vita informet.

## CAP V T XXII.

BEATISSIMA VIRGO SVIS CVL-  
toribus & imitatoribus perfugium, arx,  
portus.

*Tutum Dei* §. **E**t sane dubio procul est, quod ait, *S. Ephrem Syrus*, para præsidium. *Oratione de laudibus sanctissimæ Dei Matri*, illa sit spes desperantium, peccantium & auxilio desitutorum, adiutrix, solatium & gaudium mundi, omnium salus, quatenus nimirum nobis Salvatorem peperit & precibus conciliat, & exemplo ad illum perducit, ut merito hortatur *S. Bernard. homil. 2. super Missus*, vt in tentationibus, tribulationibus, periculis, reb. dubiis, ad illam tanquam g̃ñ in portum Dei. *paro.* è procellis & furibundo mari in portum & è discriminē in Asylum confugiamus, & illa possit tanquam mater Dei, & velit tanquam mater misericordia & caritate abundans omnib. opitulari, Illud tamen est certum, q̃ suis laudatorib. cultorib. imitatorib. majorē benevolentiam opemque impertiat: vnde & supra memorato loco *S. Bernard. Ut impetres*, inquit, *eius orationis suffragium, nos deseras conuersationis exemplum.*

*Dei parentis precatio* vs quotidiano honorent Rosario siue Corona, valde & auxiliū & decorum est clericis & vtile: neque enim illa ipsius imitatoribus quam patitur sibi cultum vel frustra adhiberi, vel suum auxilium implorari, quod optime demonstrat promptum. eximus ille Deiparæ cultor & mellifluus Doctor *S. Bernadus sermon. 1. de Beatae Mariæ Assumptione: Efficacissimam Aduocatam*, ait, premisit peregrinatio nostra, quae tamquam Iudicis mater, & mater misericordie suppliciter & parapatrona efficaciter salutis nostra negotia pertractabit. **VIRGO beata cinium.**

beata dabit ipsa quoq; dona hominibus. Quid ni daret? Siqui- Qui vult &  
dem nec facultas ei deesse poterit, nec voluntas. Regina cælorum potest certid  
est, misericors est: demq; mater est vnigeniti filii Dei. Nihil n. operatur.  
sic potest potestatis eius seu pietatis magnitudinem commenda-  
re: nisi forte aut non creditur Dei filius honorare matrem, aut  
dubitare quis potest, omnino in affectum caritatis transisse Ma-  
ria viscera, in quibus ipsa qua ex Deo est caritas nouem mensi-  
bus corporaliter requieuit. Argumentum S. Bernardi i-  
stud est: quod quis vult & potest, id facit sanctissima  
Virgo, suis clientibus & cultoribus vult subuenire,  
quia mira & ingenti caritate abundat, & potest per  
filium nihil matriabnuentem, certò itaque opitula-  
tur.

§. Quid quod ipse Matrem suam honorandi præ- Dei filius  
gnantes causas præbuit, eamq; suam mentem esse &c honore h. &  
sententiam clavisime declarauit? Non meis id ver- beri vult  
bis sed S. Bernardi rursus demonstrabo. Is sermon. in matri.  
Nativit. B. Marie loquitur. Altius intuemini, quanto de-  
uotionis affectu à nobis eam voluerit honorari, qui totius boni Deus à no-  
plenitudinem posuit in Maria, & proinde si quid spei in nobis bis vult colli-  
est, si quid gratia, si quid salutis, ab ea nouerimus redundare, Deiparain.  
qua ascendit delitus affluens. Totis ergo medullis cordium, to-  
tis præcordiorum affectibus, & votis omnibus Mariam hanc Animitus  
veneremur, quia sic est voluntas eius, qui totum nos habere colenda san-  
(hoc est Christum) voluit per Mariam, hec inquam eius vo- ctissima vir-  
luntas est, sed pro nobis. In omnibus siquidem & per omnia go-  
prouidens misericordia, trepidationem nostram solatur fidem exci-  
tat, spem roboret, diffidentiam abigit, erigit pusillanimitatem. Asylū Dei-  
Ad Patrem verebaris accedere, solo auditu territus ad folia fu- para-  
giebas: Gencl.3.v.7. Iesum dedit tibi Mediætorcm, quid non  
apud talēm Patrem filius talis obtineat? Exaudietur utiq; pro Deipara  
reuerentia sua Hebr.5.v.7. Pater enim diligit Filium, Ioan. Christum  
3. v. 35. An vero trepidas & adipsum? Frater tuus est & caro nobis fra-  
tua, tentatus per omnia absq; peccato, vt misericors fieret, Ie- trem pra-  
bt.4.v.1. Hunc tibi fratrem Maria dedit. Sed forsitan & in fitis.

D

ipso

ipso Maiestatem vereare diuinam , quod licet factus sit ho-  
mo , manserit tamen D E V S . Aduocatum habere vis & ad  
ipsum ? Ad Mariam recurre : Pura siquidem humanitas  
in M A R I A , non modo pura ab omni contaminatione , sed  
Qui De ipa- & pura singularitate nature . Nec dubius dixerim , ex-  
ram Cyno- audietur & ipsa pro reuerentia sua . Exaudiens vtique ma-  
suram se- trem Filius , & exaudiens Filium Pater . Filioli hac peccato-  
quitur , in rum Scala , hac mea maxima fiducia est , hac tota ratio-  
portu na- spei mea . Quid enim ? Potestne filius aut repellere , aut su-  
uigat . Finire repulsam ? Non audiri aut non audire filius potest ?

Neutrūm plane . Inuenisti , ait Angelus Lucæ i . versic . 30 .  
Omniano gratiam apud D E V M : Feliciter semper hæc inuenias  
stræ insi- gratiam , & per Mariam queramus , quia quod querit , in-  
tuta beatiss. uenit , & frustari non potest . Denique monet vt quic-  
Virgini cō- quid Deo offerre paramus gratissimis illis & omni-  
mendentur mendemus , vt & repulsam non patiamur , & co-  
vt per eam dem alueo ad largitorem gratiæ , gratia redeat , quo  
Deo offe- influxit .

## C A P . XXIII.

**D E T V T E L A R I V M D I V O R V M**  
Patronorum ac Angelorum custo-  
dum veneratio .  
ne .

§. **C**onvenit & decet Dominos Ecclesiasticos suæ  
diæcœsis & Ecclesiærum , in quibus beneficia  
possident , patronos cultu quodam præcipuo & ho-  
nore prosequi . Etsi enim Sancti omnes de sua felici-  
Sancti no- tate sint securi , & de nostra Salute adhuc solliciti , vt loqui-  
stram ac- tur de Mortalitate Sanctus Cyprianus : & proinde suffra-  
curant sa- gium nobis pariter ferant , & auxilium , credibile ta-  
litem . men , benigniores esse in illos , quibus à Deo salutis  
aucto-